


Ælredi de Rievallē  
**DE JESU PUERO DUODENNI**



*myrica*

*ÆLREDI ABBATIS*

**TRACTATUS  
DE JESU PUERO DUODENNI**



*Rievallæ sæc. XII*

*In Evangelium Domini secundum Lucam  
infra octavam Epiphaniae*

**II** <sup>40</sup> Puer autem crescebat et confortabatur plenus sapientia: et gratia Dei erat in illo. <sup>41</sup> Et ibant parentes ejus per omnes annos in Jerusalem, in die solemnibus Paschae. <sup>42</sup> Et cum factus esset annorum duodecim, ascendit illis Hierosolimam secundum consuetudinem diei festi <sup>43</sup> consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusalem et non cognoverunt parentes ejus. <sup>44</sup> Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iterum diei et requirebant eum inter cognatos et notos. <sup>45</sup> Et non inveniētes, regressi sunt in Jerusalem, requirentes eum. <sup>46</sup> Et factum est, post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos et interrogantem eos. <sup>47</sup> Stupebant autem omnes qui eum audiebant super prudentiam et responsis ejus. <sup>48</sup> Et videntes admirati sunt. Et dixit mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes quaerebamus te. <sup>49</sup> Et ait ad illos: Quid est quod me quaerebatis? Nesciebatis quia in his quae Patris mei sunt oportet me esse? <sup>50</sup> Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos. <sup>51</sup> Et descendit cum eis et venit Nazareth: et erat subditus illis. Et mater ejus conservabat omnia verba haec in corde suo. <sup>52</sup> Et Jesus proficiebat sapientia et aetate et gratia apud Deum et homines.

*Nonne accidere hoc solet, cum loca quaedam  
ampla et pulchra, vel urbium vel agrorum, quae  
iam nos saepe videndo sine aliqua voluptate  
praeteribamus, ostendimus eis qui antea  
numquam viderant, ut nostra delectatio in eorum  
novitatis delectatione renovetur? Et tanto magis,  
quanto sunt amiciores: quia per amoris vinculum  
in quantum in illis sumus, in tantum et nobis  
nova fiunt quae vetera fuerunt.*

*Sanctus Augustinus hipponensis episcopus  
(De catechizandis rudibus liber unus, XII, 17)*

*Non avviene di solito che, percorrendo spaziose e incantevoli località cittadine o campestri, non proviamo più alcun fascino, perché già le abbiamo contemplate spesso? Eppure, mostrandole a chi non le ha mai viste, nel fascino nuovo che essi provano non si rinnova forse anche il nostro? E tanto più fortemente quanto più essi sono nostri amici, perché a misura che attraverso il vincolo dell'amore noi siamo in loro, quelle cose, che erano vecchie, diventano nuove anche per noi.*

*Sant'Agostino vescovo d'Ippona*

**1.** Tu mi chiedi, figlio carissimo, di raggranellare qualche seme di orazione devota e di santo amore dalla lettura evangelica ove si narrano le opere di Gesù dodicenne, e di trasmetterti quanto è dato ricavarne affidandolo ad un pugno di parole. Il messaggero stava ancora pronunciando queste parole, quand'ecco che nell'intimo del mio cuore intesi quanta passione e quale dolce desiderio la tua Congregazione riponesse in tale richiesta. Subito mi sovvennero i luoghi ove mi trovavo, le suggestioni provate ogni qual volta sentissi leggere o cantare quelle parole del Vangelo. Meditai, infelice, e meditai, e vidi quanto addietro avessi lasciato parole tanto soavi e gioiose, quanto lontano da queste delizie fossi stato costretto dai lacci degli impegni quotidiani; tanto che quelle parole, di cui allora la mia anima non voleva cibarsi, sono ora il mio pane contro le angustie. A questi pensieri, dunque, la mia anima traboccò (*Sal 41,4-5*), la mano del Signore toccò il mio cuore (*Gb 19,21*) e lo unse dell'unguento della sua misericordia. Giudica ora di quale luce, di quale splendore risplenda ai miei occhi l'animo della tua richiesta, quando chiedi di insegnarti di quei tre giorni in cui la Madre interrogava Gesù fanciullo su dove fosse stato, dove avesse alloggiato, di che cibo si fosse nutrito, in

**I.** Petis a me, fili carissime, quatenus ex lectione evangelica, qua duodennis pueri Jesu gesta narrantur, aliqua piæ meditationis et sancti amoris eliciam semina, et sportulis litterarum commendans, tibi colligenda transmittam. Adhuc nuntius ista loquebatur, et ecce sensi in ipsis medullis cordis mei ex quanto, ex quali, ex quam ardenti, ex quam dulci tua id fraternitas petebat affectu; cum subito mihi venit in mentem ubi aliquando fuerim, quid senserim, quid in me ipso evangelica verba nonnunquam egerint, vel cum legerentur vel cum cantarentur. Respexi miser, respexi, et vidi quam longe post tergum meum illa suavia et jucunda reliquerim, quam longe ab his deliciis occupationum et sollicitudinum me funes abstraxerint, adeo ut quæ tunc tangere nolebat anima mea, nunc præ angustia cibi mei sint. Hæc recordatus sum et effudi in me animam meam, cum emissa ad me manus Domini tetigit cor meum et unxit illud unctione misericordiæ suæ. Cernis in ipso inquisitionis tuæ modo, quid luminis, quid splendoris tuus mihi scintillat affectus, cum insinuari tibi flagitares puer Jesus triduo illo quo quærebatur a matre, ubi fuerit, quo sit usus hospitio, quibus cibus alitus, quorum delectatus

tutti i giorni fino alla fine del mondo» (Mt 28,20). Per ora basti quanto allegoricamente detto.

**19.** Ora debbo tornare a te, figliolo carissimo, ed alla tua volontà di conformarti a Cristo e di seguire più fedelmente le Sue orme, se per grazia divina sarò capace di agevolare il tuo progresso nella lettura evangelica così che tu colga in questi miei fogli ciò che tanto soavemente provi nel profondo del tuo animo. Credo che tu già sia passato dalla povertà Betlemita alla prosperità di Nazaret e che, passati i dodoci anni, tu sia asceso dai fiori Nazareni al frutto di Gerusalemme; ora dunque sei in grado di frequentare questi misteri, non tanto tra i libri, quanto piuttosto nei comportamenti appropriati. Come Betlemme, dove Cristo è nato in miseria e povertà, è l'esortazione ad una vita buona; come Nazaret, dove è cresciuto, è la pratica delle virtù; così Gerusalemme, cui salì il Signore dodicenne, è la contemplazione dei segreti celesti. A Betlemme l'anima si impoverisce, a Nazareth diviene prospera, a Gerusalemme si disseta nelle delizie. Si impoverisce per la completa rinuncia del mondo; si arricchisce della perfezione delle virtù; e abbonda di delizie per la dolcezza delle prelibatezze spirituali. Bisogna dunque salire dalla valle del pianto, attraverso le asperità della tentazione e attraverso le piane degli esercizi spirituali, fino alle alture della contemplazione della luce.




*Turtur de voce vocatur, avis pudica et semper in montium iugis et in desertis solitudinibus commorans. Tecta enim hominum et conversationem fugit et commoratur in silvis. Ergo turturibus Dominus hanc infudit gratiam vel affectum, hanc virtutem continentie dedit qui solus potest prescribere, quod omnes sequantur.*

*La tortora, così detta per via del verso, è un uccello pudico che sempre dimora tra le cime dei monti e nella solitudine del deserto. Evita infatti le case degli uomini e la loro compagnia, restando nei boschi. Il Signore ha dunque riversato nelle tortore questa grazia e questa inclinazione, ha donato loro questa virtù della continenza, Lui che solo può suscitarla, affinché tutti la imitino.*


consummationem sæculi. Hæc interim allegorice dicta sufficiunt.

**XIX.** Nunc redeundum est mihi ad te, fili carissime, cui animus est conformari Christo et vestigiis Jesu arctius inhærere, si forte sufficiam de evangelica lectione tuum tibi explicare profectum, ut hoc ipsum in his legas schedulis, quod in temetipso ab intus suavius experiris. Credo enim te transisse ad Nazarenas de Bethlehemitica paupertate divitias, et jam duodennem effectum, de floribus Nazarenis ad fructus Jerosolymiticos ascendisse; ubi non tam in codicibus, quam in propriis moribus hæc mystica valeas lectitare. Sicut enim Bethlehem, ubi Christus parvulus et pauper nascitur, bonæ vitæ est inchoatio, sicut Nazareth, ubi nutritur, virtutum est exercitatio, ita Jerusalem, ad quam Dominus duodennis ascendit, cœlestium secretorum est contemplatio. In Bethlehem anima pauperascit, in Nazareth ditescit, in Jerusalem affluit deliciis. Pauperascit quippe perfecta mundi abrenuntiatione, ditescit virtutum perfectione et deliciis affluit spiritualium saporum dulcedine. Ascendendum quippe est a convalle plorationis, inter aspera tentationis, per plana exercitii spiritualis ad alta luminosæ contemplationis. In Bethlehem novæ






Jesu dulcis memó-ri-a, dans vé-ra córdis gáu-di-a: sed super mel et ómni-a




ejus dulcis præsen-ti-a. Nil cáni-tur su-ávi-us, nil audí-tur jucúndi-us,




nil cogi-tá-tur dúlci-us, quam Jésus Dé-i Fi-li-us. Jésu spes pœni-téntibus




quam pi-us es pe-téntibus! Quam bónus te quæréntibus! Sed quid inveni-entibus?



Nec língua vá-let di-ce-re, nec litte-ra expríme-re: expértus pót-est créde-re,



quid sit Jésum di-lige-re. Sis Jésu nóstrum gáudi-um, qui es fu-túrus præmi-um:



sit nó-stra in te gló-ri-a per cúncta semper sæcu-la. A-men.

*Questo volume  
composto di 128 pagine  
è stato impresso dall'editore a Milano  
in carattere tipografico Garamond  
su carta Fabria delle cartiere Fabriano  
e rilegato con cartoncino Hahnemühle  
per mano di Ruggero Rigoldi  
nel mese di maggio  
dell'anno  
2011*



n° .....

© X/2009 myricæ edizioni, Milano

ISBN 978-88-905968-2-7